

_Lettera_N_4523

Al signor Domenico Ringeisen
Augustae Taurinorum, 25 junii 1887

Reverendissime Domine,

De operibus tuis optimis ad proximi solatium et ad Dei gloriam inceptis tibi gratulor, easque toto corde laudo. Gratias quoque permagnas Deo ac tibi ago ob 5 notiones quas mihi dedisti de operibus tuis, nec non propter gratiosam oblationem ad me missam (100 marks) pro orphanis meis pauperrimis, qui preces multas et Comuniones facient pro intentionibus tuis sanctis.

Ad quaestionem mihi positam ecce responsum: ego habeo pro pueris et Clericis serviendis fratres ad hoc informatos, quos coadiutores laicos dicimus; io attamen tuam non reprobam institutionem, eo magis quod pro servitiis mere virilibus sexum adhibes virilem.

Similiter domus a te enunciatae pro amen | tibus personis spiritualibus, et pro famulis famulabusque senescentibus, valde utiles erunt et laudabiles.

Dominus benedicat te, et opera omnia quae per te facere Ipse cupit ad Ipsius 15 gloriam et ad animarum salutem.

In sanctissimis Jesu et Mariae Cordibus memento mei semper, qui totus tuus sum in Ipsiis

Humillimus et gratissimus servus
Joannes Bosco Sacerdos